

## Aduertencias para

statim vt Baptizatus fuit, animam exalauit Deo creatori suo, qui eum illuminauit, & a morte violenta eripuit vt caracthere Christiano insignitum, ad celestia regna vocaret: vt constet Deum optimum maximumq; velle omnes homines saluos fieri & ad agnitionem veritatis venire, idest ex omni gente & natione qua sub caelo est. Hunc casum mihi retulit obseruantissimus mihi condiscipulus meus Pater Frater Ildephonsus Martinez Commissarius Apostolicus del Nueuo Mexico, ac testis ocularis, & fide dignus.

48 ¶ Deinde aduertat Parochus [in Adul-  
torum Baptismo] que sequuntur Catechume-  
nus instructus in rebus fidei, Baptizetur in  
Ecclesia, Patrinus ei assistat, & ipse Catechu-  
menus debet respondere ad interrogata, si  
quidem aetatem habet. de Conf. d. 4. can.  
Cum pro paruulis. Admonendus est Cate-  
chumenus, vt dolorem habeat veteris vitæ,  
sed nulla ei iniungatur penitentia, in satisfac-  
tionem: quantumuis graua, & enor-  
mia peccata commiserit. de Conf. d. 4. can.  
Omnes qui iam, & Conc. Trid. Sess. 14. c. 1.  
Amentes & furiosi, qui cum aliquando com-  
potes mentis essent, inciderunt in insaniam,

NON